



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallebart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretum de α reformatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

Decretum de reformatione.

CAPVT I.

Habentes stipendium pro lectione sacrae Scripturae, debent cogi per Ordinarios ad munus exequendum per se vel per alios, & qua via procurandum stipendium, si hucusq; non fuerit constitutum.

EAdem sacrosancta Synodus, pijs summorum Pontificum, & probatorum a Conciliorum constitutionibus inhaerens, easque amplectens, & illis adiciens; ne ecclestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat; statuit, & decreuit, quod in illis Ecclesiis, in quibus praebendae, aut praestimonium, seu aliud quouis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacrae Theologiae deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorum Ordinarij eos, qui praebendam, aut praestimonium, seu stipendium huiusmodi obtinent, ad ipsius sacrae Scripturae expositionem & interpretationem ² per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, ³ & alijs locorum Ordinarijs ⁴ eligendum, etiam per subtractionem fructuum, ⁵ cogant, & compellant. ⁶ De cetero verò praebenda, praestimonium, aut stipendium huiusmodi non nisi personis idoneis, & quae per se ipsos id munus explicare possint, ⁷ conferantur: ⁸ & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida. ⁹ In Ecclesijs autem Metropolitanis, vel cathedralibus, si ciuitas insignis, vel populosa, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diocesis, si ibi Clerus numerosus fuerit, ¹⁰ ubi nulla praebenda, aut praestimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, ¹¹ praebenda quomodocumque, praeterquam ex causa resignationis, ¹² primò vacatura, cui aliud onus incompatible iniunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuò ¹³ constituta & deputata intelligatur. Et quare nus in ipsis Ecclesijs nulla, vel non sufficiens praebenda

B 3

foret,

a Vid. Concil.
Lat. sub In-
noc. 3. c. 18.

e. quia, & c.
fide mag. &
ms. Sess. 21.
de reformatione.

*Inf. Sess. 24.
c. 15. de refer.*

foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum 14 alicuius simplicis beneficii, eiusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiarii suae civitatis, & diocesis, vel alias, prout commodius fieri poterit, 15 de Capituli consilio ita provideat, ut ipsa 16 sacra Scriptura lectio habeatur; ita tamen, ut quaecumque aliae lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia ratione institutae propter id minimè praetermittantur. *¶ Ecclesia* vero, quarum annui proventus tenues fuerint, & ubi tam exigua est Cleri, & populi multitudo, ut Theologiae lectio in eis commodè haberi non possit, 17 saltem a magistris habeant, ab Episcopo cum consilio Capituli eligendum, qui Clericos, aliosque scholares pauperes 18 grammaticam gratis doceat; ut deinceps ad ipsa sacrae Scripturae studia, annuente Deo, transire possint. 19 Ideoque illi magistro grammatices vel alicuius simplicis beneficii fructus, quos tandem percipiat, quamdiu in docendo perseveraverit, assignentur; dum tamen beneficium ipsam suo debito non fraudetur obsequio: vel ex Capitulari, vel Episcopali mensura aequa aliqua merces persolvatur: vel alias Episcopus ipse aliquam rationem in ea sua Ecclesiae, & diocesis accommodanda; ne pia haec, utilis, atque fructuosa provisio quoniam quaesito colore negligatur. In monasteriis quoque monachorum, ubi commodè fieri queat, etiam lectio sacrae Scripturae habeatur. qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum, in hoc ut sedis Apostolicae delegati, eos ad id opportunis remediis 20 compellant. In conventibus vero aliorum Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, sacrae Scripturae lectio similiter habeatur: quae lectio à Capitulis generalibus, vel provincialibus assignetur 21 dignioribus magistris. In Gymnasiis etiam publicis, ubi tam honorifica, & ceterorum omnium maxime necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosi Senatorum Principum, ac Rerum publicarum pietate & charitate ad Catholicam fidei defensionem, & incrementum, sanamque doctrinae conservationem, & propagationem instituantur: & ubi instituta foret, & negligenter, restituatur. Et 22 ne sub specie pietatis impietas dissemnetur, statuit eadem Synodus, neminem ad huiusmodi lectionis officium tam

*a Concil. Constantinop. 6.
c. 5. cū alleg.
a me in trac.
de priv. schol.
priv. 21. c. 1.
Et c. quia de
mag. Concil.
Lat. sub Alex.
3. c. 18. &
sub Innoc. 3.
c. 11. & inf.
Sess. 13. c. 12.
de refer.
Clam. ne in
agro de sta.
mon. c. 2. de
Mag.*

eam publicè, quàm priuatim admittendū esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & sciētia 23 *examinatus & approbatus* non fuerit: quod tamē de lectoribus in claustris monachorū nō intelligatur. 24. *nō Docentes verò ipsam sacrā Scripturā*, 25 *dū publicè in scholis docuerint*, & 26 *scholares*, a ^{2 c. si. de mag. alleg. in mo. et act. de priv. sch. priv. qd.} qui in ipsis scholis student, 27 *λ μ privilegis omnib. de p- ceptione fructuū, præbendarū, v & beneficiorū suorū, in ab- sentia à iure cōmuni cōcessis, plenè gaudeāt, & 28 fruatur.*

DECLARATIONES.

1. *In illis Ecclesiis. &c.*] Vbi nō est cōstituta præbenda Theologalis, & viger cōsuetudo, q̄ datur à Capitulo stipendiū perpetuū Theologo, qui docendū ibi officio fungatur, ea seruanda est: q̄ si illud etiā poterit Theologū reddere diligentiorē in sui muneris functione, trien- nium eius cōductioni Ordinarius vna cū Capitulo præstinare debet.

2. *Per seipos &c.*] Si Theologus huiusmodi habens præbendam, legitime obtineret parochiale tenetur in ea residere, amissis distri- butionibus quotidianis, & aliis emolumentis, quæ tantum deser- uientibus dari solent: in officio autem arbitrio Ordinarij, aliū de- putare debet, assignato ei competenti salario.

Quādo Clericus secularis idoneus nō reperitur pro dicta p̄benda, statuerunt Pius V. & Gregorius XIII. collationē huius Canonatus suspendendā esse, donec inueniatur idoneus Theologus secularis si fieri possit: interim verò nullum esse ab Episcopo fructuū ipsius Ca- nonatus custodē aut curatorē deputandū, sed eos oēs superiori a- licuius Monasterij tradendos, qui curet, vt aliquis idoneus Theolo- gus ex suis Regularibus publicè sacram Scripturā in Cathedrali do- ceat prout hic mandatur, eiq̄ue in primis necessaria subministret ex dictis fructibus: quod si quid reliquum erit, in Monasterij vsum cō- uertatur, *Doct. in cap. Maioribus, de præbendis, & magis in terminis gloss. in cap. Quod nullus, de Magist. in verb. præbenda.*

3. *Et alius locorum Ordinarius eligendum &c.*] Et si Ordinarius infe- rior fuerit negligēs, puta Prior, Abbas, Præpositus, & ceteri similes alicuius Ecclesie collegiate, poterit Episcopus, in cuius Diocesi sunt, supplere, id est, cogere.

4. *Eligendū &c.*] Electio hæc soli Episcopo cōperit, quia à Cōcilio in hoc Decreto, (cū de substituto eligendo agitur,) soli Episcopo datur electio, & adiuvat exēplū Pœnitentiarii, licet conceptū aliis verbis.

5. *Cogāt & cōpellāt &c.*] Si lectores isti collatorib. inferiorib. sūt sub- iecti, vt muneri suo satisfaciāt, per Episcopū sūt cōpellendi. Etenim Episcopus potest supplere negligentia superiorū nō cōpellentiū, ad eligēdum eos qui stipendiū pro huiusmodi lectione obtineāt, licet Ecclesia esset exempta: qui quidē Episcopus id exequi volens, mo- ueat, terminū præfigat, & eo elapso, suppleat cogendo vel eligendo.

6 *De cetero etc. qua per seipfos etc.*] Canonicatū & magistralem præbendā obtinens cum parochiali, si in ea (vt tenetur) residet, fructus Canonicatus & præbendæ percipere potest: ita tamen, vt quotidianas distributiones amittat, atque alia præterea, quæ absentes iusta de causa percipere non possunt. In præbenda autē Magistrali idoneum virum sibi substituat, qui ex veteri instituto annexum suæ præbendæ munus obeat sacre Scripturæ interpretandæ. *Idem supra §. Per seipfos, & Sess. 23. c. 1. de Ref. §. Eum qui.*

7 *Conferantur etc.*] A quo autem hæc collatio fieri debeat, Conciliū non expressit. Quare pertinebit ad eum, ad quem antea de iure spectabat. *Idem infra §. Constituta.*

8 *Et aliter prouiso facta, nulla sit & inualida.*] Eandē facultatē habebūt Ordinarii in Ecclesiis collegiatis, in eisdē terminis Concilii, quādo inferiores Ordinarii illarū Ecclesiarū fuerint negligētes, præsertim cū in discursu Scholasticæ, necesse sit explicare locos S. Script.

Nō est satisfactū huic Decreto, si stipendiū iā cōstitutū pro lectōre Sacre pagine nō sufficiens, augeatur, vel per accessionē alicuius beneficii simplicis, vel per cōtributionē, &c. quādo in illa Ecclesia adesset præbēda, quæ pro hac lectione, iuxta formā dicti decreti, vniri possit.

Præbēda quæ vacat potest optari, nec illa potest erigi in Theologalem, quia Concilium loquitur de præbenda vacatura, cum ista non vacauerit: quia præuenta est à iure optandi, & ideo illa sola dabitur Theologo, quæ remanebit post optionem.

9 *In Ecclesiis autem Metropolitanis vel Cathedralibus.*] Per decretum visitationis Apostolicæ de constituenda præbenda vacatura non fiat præiudicium legitimo collatori, cum vacauerit.

10 *Vbi nulla præbenda.*] Vbi nulla sunt præbēda, eo quod Canonicatus tantum distributiones quotidianas habeant, idem statuendum est, quod de præbendis, cum illarum loco succedant.

11 *Præbenda quomodocumq.*] Intelligitur etiam præbēda, cuius fructus omnes consistunt in distributionibus quotidianis, sicut reliquæ.

12 *Primo vacatura.*] Non tamē in mense Apostolico: quia nō cōprehenditur sub hoc Decreto præbēda vacantes in mensib. reservatis, & idē ius in præbēda pœnitentiāli, *sess. 24. c. 8. de reformatione.* S. D. N. sentiens hoc decretū Concilii esse cōditionatū, & requiri prius declarationē & actualē deputationē Episcopi, vt sc. illa pœbēda sit Theologalis: respondit valere collationē pœbēdæ (quæ primum post Conciliū vacauit) factā personæ minus idoneæ ad Sacra Scripturā per se ipsum interpretandā, si nondū illa præbēda, actu fuerit deputata in Theologale. Nec est in optione Episcopi primā præbēdā vacantē assignare pœnitentiario, licet ratione curæ animarū videatur magis necessarius, sed debet p Theologo, propter verba huius Decreti *ipso facto.* Verū si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, vt prius de Pœnitentiario prouideatur, habēda est cōfirmatio in specie à sanctissima Sede Apostolica, ad omnē difficultatē tollendā.

Non

Non debentur quidem lectori distributiones quotidianæ pro illis horis quibus legit, ex dispositione Iuris & doct. per gloss. vlt. in cap. *Quia nonnulli. de Magist.* quos dixit Sanctitas sua non loqui respectu illius lectoris qui in Ecclesia sua legit, ut facit iste de quo in hoc textu: tamen sanctissimus Dominus noster Gregor. XIII. audita relatione Congregationis, ex gratia illas esse ei tribuendas, non modo pro illis horis, ut si mane legit pro horis matutinis, & missa solemnii; sed etiam pro tota die, consultus respondit.

13 *Constitutæ & deputatæ intelligatur.*] Huius beneficii collationem Concilium reliquit illis, ad quos de iure ante Concilium spectabat. Nec talis deputatio & institutio habet locum in Canonicibus & prebendis Sedi Apostolicæ reservatis & affectis. Itē si in præteritis mensibus Cardinalis haberet indultum à Sede Apostolica, deputationem tamē huiusmodi præbendæ Concilium reliquit illis, ad quos verè ante Conciliū spectabat, quoniam ex hoc Decreto hoc solum habetur quod in Theologalem erigatur. Electio verò soli Episcopo cōpetit, quia à Concilio in hoc decreto, cū de substituto eligendo agitur, soli Episcopo datur electio, & adiuvat exemplū Pœnitentiarij, licet sit conceptum alijs verbis. Nec successori præiudicium factum est, si aliter per prædecessorem fuit servatum. Et id intelligendū est de ijs canonicibus Theologicis, qui erecti non sunt ante Concil. Tridentinum. Secus si ante essent erecti: tunc enim servandum est quod ante Concilium servabatur. Ita Congregatio in vna Astoricenli censuit cum consilio Capituli, si tamen ante Concilium in collatione requirebatur. *Idem sup. §. Eligendum.*

Hoc decretum habet locum etiam in Ecclesijs collegiatis, quarū præbendæ sunt de iure patrio Laicorū, ut deputetur præbenda primò vacatura, concurrētibus omnibus requisitis, pro ut hic: & persona non erit nominanda ante vacationē, sed electio personæ spectabit ad Episcopū, collatio verò, ad quem legitime spectabat ante deputationem præteritam. Non potest optari præbenda, quæ fuit erecta & deputata in Theologale pro Theologo, à sequenti Canonico.

In Ecclesia verò Cathedrali aut collegiata insigni, quæ nō est numerata, vel Regularis, vel quæ nullas habet distinctas præbendas, Ordinarius, ut habeatur omnino lectio Sacræ scripture, (cum non possit in huiusmodi Ecclesijs deputari præbenda primò vacatura,) provideat alia ratione, iuxta hoc Decretū. Ideoque erit procedendum, sicut si Ecclesia esset exempta, quo ordine poterit hoc facere in negligentiam superioris.

In præbenda primò vacatura post Concilium, locum optio non habebit. Si autem de ea, quæ primò vacavit, provisum non fuit de Theologo, relictum est ordinariæ decisioni Iudicum.

14 *Alicuius simplicis beneficii.*] Vbi sunt præbendæ & Canonicatus, non potest assignari aliud beneficium pro isto Theologo vel Pœnitentiario.

15 *De Capituli consilio.*] Hæc verba tantum ad proxima sunt referenda, cum agatur de assignatione & contributione.

In nonnullis casibus, veluti in materia correctionis morum, ubi Conciliū expresse sustulit appellationē, ea sublata intelligitur quoad effectum dumtaxat suspensiuum, non autem deuolutiuū: quare auctoritas delegata, quæ Episcopis à Concilio tribuitur, non auferit ius illorum, ad quos legitime interposita appellatione aliàs causā deuolueretur.

Si in electione Theologi, vacante præbenda, inter Episcopum & Capitulum sit controuersia, ad Metropolitanum erit recurrendum, & eius iudicium sequendum.

16 *Sacra Scriptura lectio*] Satisfit Concil. etiam Scholasticam Theologiam legendo.

De tempore, hora, & materia Sacre scripturæ vel Theologiæ, quæ in Sacra scriptura continetur, super qua legendum sit, relinquitur arbitrio Ordinarij: potest tamen ipse lector vacare à lectione tribus mensibus, scil. Iul. Augusti, & Septembris.

17 *Saltem magistrum.*] Congregatio celsit, casu quo deficit magister Grammaticæ in vrbe, fieri non posse vt Curatus ruralis ibi habitet relicto idoneo Vicario & approbato ab Ordinario, cū congrua mercede in parochiali, etiam si talis Curatus solemnibus saltem festis officium in parochia exercere veller.

18 *Grammaticam gratis doceat.*] Vbi est Laicus, qui Clericos Grammaticam doceat, si presbyter ad Parochialem Ecclesiam à ciuitate duo miliaria non distantem, deputerur, qui tamen suis parochiali diebus festis inferuit, à residentia non excusatur.

19 *Illi Magistri Grammatices.*] In collatione Cathedralis legatur Grammatica, & præsupposito quod dictæ Cathedralis sint annexa duo præstimonja, quorum fructus sint pro sustentatione lectoris dictæ Cathedralis, pertineat simul ad Episcopum & Capitulum admittere Vicarium habentem potestatem.

20 *Compellant*] Etiam Carthusiani strictioris Claustræ comprehenduntur sub hoc Decreto.

21 *Dignioribus Magistris.*] Isti lectores Sacre scripturæ in conuentibus Regularium nõ sunt examinandi & approbandi ab Episcopo loci, de vita, moribus, & scientia, vt infra: cum Concilium videatur id committere Capitulis generalibus vel prouincialibus. Sed si in Ecclesia publicè populo Sacra scriptura legenda esset, tunc seruandum esset, quod in Prædicatore statuitur infr. c. 2. de munere præd.

22 *Ne sub specie pietatis.*] Ordinarius non potest examinare seu approbare de vita moribus & scientia eos, qui Sacram scripturam interpretari sunt in conuentibus Regulariū: & multo minus eos, qui tali munere fungi volunt in claustro Monachorū, pro vt iam dictum est.

23 *Examinatus & approbatus.*] Ad hoc examen tenentur etiam Ludimagistri, qui priuarim in domibus particularibus prima principia Gram-

Grammaticæ doceat vel aliarum similibus artium, qui etiam tenentur, vt supradicti, facere professionem fidei, iuxta bullam Pij IV. Kal. Nouemb. emanatam.

24. *Docentes Sacram scripturam*] Congregatio censuit, docentes ius Canonicum in publica Vniuersitate gaudere priuilegijs de percipiendis in absentia fructibus suarum præbendarum, etiam præbendam, quas obtinent sic essent in cathedrali eiusdem ciuitatis in qua publici lectoris munere funguntur. Non recipient tamen distributiones illas quotidianas quæ solent accrescere solis præsentibus. quod si omnes redditus Capituli huiusmodi distributionibus cõstent, reputabuntur pro præbendis, & tales Doctores Iuris debebunt percipere distributiones, dimissa vna ex tribus partibus quæ inseruientibus accrescit.

25. *Dum publicè in scholis docuerunt.*] Idem iudicandum de docentibus in Ecclesijs cathedralibus & collegiatis quoad priuilegia, quando legunt Sacram scripturam.

Theologus legens, quamdiu legit, pro residente habeatur, & recipiat omnes fructus præter distributiones quotidianas, præsupposito quod adsit massa grossa vel præbenda.

26. *Et Scholares.*] Non idem in Scholasticis qui in Ecclesijs audiunt.

Scholares ergo audientes in Ecclesijs Cathedralibus, nõ gaudent iisdem priuilegijs quibus studentes in publicis Academijs, nec percipiunt distributiones quotidianas.

27. *Priuilegijs omnibus de perceptione fructuum.*] Lectores non excusantur à residentiâ in parochialibus, nec possunt habere beneficia incompatibilia ratione illorum priuilegiorum. Nõ possunt etiam obtinere aliud beneficium incompatible, nec beneficium curatum vel requirens residentiâ, & legendo deseruire per substitutum. Et cõtra contumaciam in non residendo, Episcopus debet procedere iuxta decretum Cõcil. sess. 24. cap. 12. & tempore quo (cessante legitima causa & iusto impedimento) non resederit, debet alium substituere sumptibus illius, qui lectioni Sacrae scripturae loco ipsius satisfaciat.

Lector Cathedralis Ecclesie non potest obtinere beneficium curatum, vel residentiâ requirens, & legendo deseruire per substitutum, & gaudere fructibus in absentia, nec licet cum Doctorali Canonatu obtinere aliud incompatible, vt seruatur multis in locis. Nec concedenda est eis licentia vacandi à lectione, vt alibi munere prædicationis fungantur. *Supr. §. Priuilegijs.*

28. *Et fruuntur.*] Idem censendum est de docentibus in Ecclesijs, sc. quod quauis à seruitio chori absentes essent, possint percipere fructus suorum Canonatuum, exceptis quotidianis distributionibus: tamen ex gratia diebus quibus legunt, habendi sunt sicut præsentibus in choro, & inseruientes: vt declarauit S. D. N. Gregorius, & supra declarauimus: sed non gaudent isti lectores Sacrae scripturae in Ecclesia
illis

illis priuilegijs quibus gaudent docentes in Scholis pub. *Idem supra verb.* Non debentur.

Lectores hi non sunt censendi presentes matutinis, quæ ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicuntur sero præcedenti pro die sequenti.

REMISSIONES.

Vide Nauar. in manu. cap. 27. n. 107. Medices in summa peccatorum p. 2. c. 2. tit. 3. q. 74. n. 209. Optimè Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo præbenda Theologalis, pag. mihi 299. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. li. 20. nu. 53.

β *In illis Ecclesijs, &c.*] sacra Cardinalium congregatio ita censuit. Vbi viget consuetudo, quod detur à Capitulo stipendium proprio Theologo, ea seruanda est: quod si illud etiam poterit Theologum reddere diligentior in sui muneris functione, triennium eius cōductionis ordinarius vnà cum Capitulo præfinire debet. De hac responsione testatur Zerol. d. verbo præbenda Theologalis, vers. Ad secundum.

γ *Pro lectoribus sacra scriptura*] sacra Cardinalium congregatio ita censuit. Quando clericus secularis idoneus pro Theologali præbenda non reperitur collationem illius suspendendam esse; donec inueniatur idoneus Theologus secularis, cui fieri possit, & interim nullum esse deputandum custodem, aut curatorem fructuum ipsius canonicatus, sed eos omnes tradendos superiori alicuius ordinis, qui curet, vt aliquis Theologus ex suis regularibus publicè in cathedra Ecclesiæ doceat sacram Scripturam, pro vt mandatur decreto Concil. cap. 1. Scil. 1. atque in primis necessaria subministret ex dictis fructibus: quod reliquum fuerit, in vsum monasterij conuertat. & in Concil. Prouinciali Beneuentano cap. de præbendis Theolog. idem seruari resoluit Zerol. d. verbo præbenda Theologalis, vers. ad quintum.

δ *Eligendum*] sacra Card. congregatio ita censuit. A quo autem collatio præbendæ Theologalis fieri debeat, Concilium non expressit: quare pertinebit ad eum, ad quem ante de iure spectabat. De hac responsione testatur Gonzal. ad reg. 8. cancel. gl. 9. §. 2. n. 83.

ε *In Ecclesijs*] concordat text. in cap. quia, & in cap. finali de magistris.

ζ *Ecclesiæ verò, quarum annui prouentus, &c.*] Zerol. in praxi episcopali p. 1. verbo, præbenda Theologalis, vers. ad 3.

η *Docentes verò ipsam sacram Scripturam*] An idem sit, si doceant ius canonicum? Affirmat Nicol. Garc. de beneficijs p. 3. c. 2. nu. 64.

θ *Vtrum docentes in scholis Theologiam, vel ius canonicum, dum publicè in die docuerint, & studentes in eis, excusentur à residentia,*

dentia, & fructus suorum beneficiorum in absentia percipiant? Vide scribentes in cap. fin. de magist. Nau. in man. cap. 25. nu. 120. Rebuff. in praxi tit. de dispensat. de non resid. num. 25. & in tract. de priuileg. schol. priuileg. 29. & 31. Horat. Luti eod. tract. priuileg. 99. & 100. Ludou. Lopez in instructor. conscientiarum tom. 1. c. 149. vers. sed quatuorplex. Viual. in candelab. aureo, in appendice c. 9. num. 13. & 14. & verbo residentia. nu. 8. Hoied. de incomparabil. benef. cap. 17. num. 28. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 33. num. 2. & tom. 2. c. 36. nu. 2. & in addit. ad bullam Cruciatæ cap. 2. ad 4. clausulam num. 27. Gonzal. ad reg. 8. cancel. 7. §. 7. proæm. nu. 180. Nicol. Garci. d. p. 3. cap. 2. num. 54. cum multis seqq. Maynar. decif. 8. lib. 1. Aloyf. Ricci. in collect. decision. collect. 446.

¶ *Dum publicè in scholis docuerint*] sacra Cardinalium congregatio sic censuit. Idem censendū est de docentibus in Ecclesijs, qui quamuis à seruitio chori absentes essent, possunt percipere fructus suorum canonicatum, exceptis quotidianis distributionibus: sed ex gratia diebus quibus legunt habendi sunt sicut presentes in choro, & interuientes non modò pro illis horis, ut si manè legunt, pro horis matutinis, & Missa solemnibus, sed etiam pro rota die. referunt Gonzal. ad reg. 8. cancel. §. 7. proæm. n. 180. Nicol. Garci. d. c. 2. n. 118.

✱ *Scholares*] An debeant esse in studio generali, seu celebri Vniuersitate? Affirmant Rebuff. d. priuileg. 31. nu. 8. Horat. Luti. ad finem dicti tract. de ijs qui gaudent priuileg. scholasticis n. 23. ad finem. Perez. l. 1. ti. 10. lib. 1. ordin. Zechi. de Repub. ecclesiast. tit. de clericis num. 7. vers. 28. Flores Vari. lib. 3. qu. 24. num. 19. Zerol. in praxi episcop. verbo studium §. 4.

λ *Sacra Cardinalium congregatio ita censuit*: Scholares in Ecclesijs cathedralibus non gaudent eisdem priuilegijs, sicut studentes in studijs publicis, vel academijs: interim tamen huiusmodi studentes in academijs non percipiunt distributiones quotidianas. refert Nicol. Garci. d. c. 2. n. 117.

μ *An scholastici otiosi, qui non student, & scholas non frequentant, gaudeant priuilegijs scholasticorum, & absentes causa studij fructus suorum beneficiorum percipiant?* Negan. Tiraq. in tract. celsante causa p. 1. n. 213. Mascard. de Probat. concl. 1290. n. 9. cum seqq. Fr. Emman. qu. Regular. tom. 1. qu. 9. art. 10. Prosper. de Augustino in addit. ad Stephan. Quarant. in summa bullarij, verbo, residentia, vers. limita, pag. 443.

ν *Et beneficiorum suorum*] sacra Cardinalium congregatio ita censuit. Obtinentibus parochiales Ecclesias post Concilium Trid. studendi licentia, atque in absentia studiosum causa fructus percipiendi non datur. referunt post Gonzal. Prosper de Augustino ubi proxime, vers. item limita, & Nicol. Garci. d. c. 2. n. 81. Farin. decif. 29. Aloyf. Ricci. in collect. decif. p. 3. collect. 563. in med. & constitutum est in Concil. Prouinc. Brachar. 4. act. 3. c. 9.

† *Docuerint* Quid si sponte, & voluntariè legant sine stipendio, in cathedra? Vide *Grac. d. c. 2. n. 60.* vbi resoluit hoc non sufficere, se-
cus si legant cum licentia vniuersitatis, seu claustrī, sive collegij Do-
ctorum.

CAPIT. II.

De Verbi Dei concionatoribus, & quatoribus elemosynarijs.

*a infr. Sess.
24. c. de ref.
b 11. Tolet.
c. 2.*

QVIA verò a Christianæ Reipublicæ non minùs ne-
cessaria est *β* predicatio Euangelij, quàm lectio; & b hoc
est *γ* præcipuum Episcoporum munus; statuit, & decreuit ea-
dem sancta Synodus, i omnes Episcopos, Archiepiscopos,
Primates, & omnes alios ecclesiarum Prælatos teneri per
seiplos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædican-
dum sanctum Iesu Christi Euangelium. Si verò contige-
rit Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impe-
dimento; *δ* iuxta formam c generalis Concilij 2 viros idoneos af-
sumere 3 teneantur ad huiusmodi prædicationis officium sa-
lubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere con-
tempserit, districtæ subiaceat ultioni. Archipresbyteri
quoque, Plebani, & quicumq; Parochiales, vel alias curiæ
animarum habentes ecclesias quocunq; modo obtinent,
a per se, vel alios idoneos, e si legitimè impediti fuerint, d diebus
salsè Dominicis, & Festis solemnibus plebes sibi commis-
sas pro sua & earum capacitate pascant salutaribus verbis;
docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem,
annunciandoq; eis cum breuitate & facilitate sermonis
vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat;
vt pœnam æternam euadere, & cœlestem gloriam conse-
qui valeant. Id verò si quis eorum præstare negligat, etiã
si ab Episcopi iurisdictione quauis ratione exemptum se
esse prætenderet; etiã si ecclesie, quouis modo exemptæ
dicerentur, aut alicui monasterio, etiã extra diœcesim
existenti, forsan annexæ, vel vnitæ, modo re ipsa in diœce-
si sint, prouida pastoralis Episcoporum sollicitudo non de-
sit; ne illud impleatur; e Paruuli petierunt panem, & non
erat qui frangeret eis. Itaq; vbi ab Episcopo moniti trium

*a Conc. Lat.
sub Inn. 3 c.
20. c. inter ce-
tera de off.
aud. ord. Videt
post finem
huius lib.*

*a Conc. Con-
stant. c. 2. c.
exij. §. habet
etiam de
ver. sig. Conc.
Lat. ult.
Sess. 11.*

e Hier. chr. 4

men-